



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallebart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Bvlla S. D. N. D. Pii Divina Providentia Papæ IV. Super declaratione  
temporis ad obseruanda decreta sacri œcumenici & generalis Concilij  
Tridentini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

BVLLA S. D. N. D. PII,  
DIVINA PROVIDENTIA  
PAPÆ IV.

Super declaratione temporis ad observanda decreta sacri  
œcumenici & generalis Concilij Tridentini.

PIVS EPISCOPVS,  
SERVVS SERVORVM DEI,

*Ad perpetuam rei memoriam.*



ICVIT ad sacrorum Conciliorum decreta ac Co-  
nones, auctoritas atq; confirmatio Apostolicæ Se-  
dis & debet & solet accedere, ita si qua super eis ex-  
orta sit dubitatio, eiusdem Sedis iudicio & declar-  
atione tollenda est. Ad aures nostras petierunt, multi-  
ros esse qui dubitent, ex quo tempore ceperunt de-  
creta sacri generalis Concilij Tridentini ad reformationem & in-  
positiuum duntaxat spectantia, eos ad quos pertinent obligare, illa  
præsertim, quæ temporæ certâ præstitunt ad provinciales diocesa-  
naque Synodos celebrandas, ad sacros Ordines suscipiendos, ad Re-  
ligionem profitendam, ad parochiales ecclesias, aliisque beneficia  
Ecclesiastica, quæ eiusdem Concilij decretis retineri prohiberi  
resignanda, & ad complures huiusmodi exequendas, ac alias omnes  
ad prædictam reformationem iusque positiuum tantum spectantes,  
quæ observari aut evitari debeant. Nos itaque, ut omnis controver-  
sia dubitatioque tollatur, Motu proprio eam rem prout rationi iuri  
& æquitati convenire censuimus, duximus declarandam. Nam et  
ipsius Concilij decreta, etiam de venerabilium fratrum nostrorum  
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu, in Con-  
sistorio nostro secreto confirmata à nobis fuerunt sub finem Mensis  
Ianuarij, & ab eo etiam tempore apud hanc sanctam Sedem obser-  
uari ceperunt: quia tamen non parum temporis in eis Romæ di-  
ligenter emendateque imprimendis necessario consumptum fuit, &  
iure etiam communi sancitum est, ut Constitutiones novæ vix  
non nisi post certum tempus obtineant, æquum nobis & iustum  
visum est, prædicta decreta omnia ad dictam reformationem, ius-  
que positiuum duntaxat spectantia, Kalend. Maij proxime por-  
teriti omnes obligare cœpisse, neque post eam diem excusationem  
cuiusquam, quod ea ignoraverit, admittendam, atque in Apo-  
stolica auctoritate declaramus ac definimus, & ab omnibus obser-  
vari debere mandamus atque statuis. Decernentes irritum & in-  
potestate prædito, contigerit iudicari. Non obstantibus consti-

Concil. Tri-  
cū declarati.

In ianuarij 1564  
mense

tionibus & ordinationibus Apostolicis; aliisque in contrarium fa-  
cientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
paginam nostrae declarationis, definitionis, mandati, statuti, & de-  
creti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac bea-  
torum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Dat.  
Rom. apud S. Petrum; Anno incarnationis Domini Millesimo quin-  
centesimo sexagesimo quarto; Quintodecimo Kalend. Augusti,  
Pontificatus nostri an. 5.

*Fed. Card. Casius.*

*Ca. Glorierius.*

*H. Cuius.*

Registrata apud Caesarem Secretarium.

ANNO à Natiuitate Dom. Millesimo Quingentesimo Sexagesi-  
mo quarto, Indictione septima, die vero vigesima mensis Iulij, Pon-  
tificatus Sanctiss. in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pij, di-  
uina prouidentia Papae IV. anno quinto, retrospectae litterae affixe,  
lectae, & publicatae fuerunt in valuis Basilicarum Principis Aposto-  
lorum de Vrbe, & S. Ioan. Lateran. necnon Cancellariae Apostol. &  
in Aede Campi Florae, per nos Iacobum Carra, & Iulium Parinum,  
Praelibati S. D. N. Papae Cursores.

Autentici Clerici Magister Curforum.

**MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. PII,  
DIVINA PROVIDENTIA PAP. IV.**

Per quem deputantur octo Reuerendis Cardinal. qui fa-  
ciant obseruari reformationes ab ipso editas, nec non  
decreta sacri, oecumenici, & General. Concil. Trident.

**PIVS PAPA IV.**

**M**OTV proprio, &c. Alias Nos nonnullas constitutiones  
& ordinationes, reformationem maioris Penitentia-  
rij, ac sacrae Poenitentariae nostrae, ac Vicarij nostri,  
ac eius officij, necnon Camerarij & Camerae Apo-  
stolicae, ac illius causarum Auditoris, necnon palatij  
Apostolici causarum Auditorum, ac Gubernatoris,  
& Capitolinae curiarum, & Contradictarium, aliorumque almae Vr-  
bis nostrae ac Romanae Curiae tribunalium & officiorum concernen-  
tes, edidimus: quae tamen (vt intelleximus) ab eorundem offi-  
ciorum & tribunalium praefectis ac officialibus minus diligenter  
obseruantur. Cum autem curiae nostrae voluntatis sit, illa, vt  
Kkk 2 & pari-